

Tabula motus unius horæ, ad quam fit introitus,
cum motu diurno planetæ.

gr. m̄. 2.	gr. m̄. 2.	gr. m̄. 2.	gr. m̄. 2.
M 2. 3.	M 2. 3.	M 2. 3.	M 2. 3.
1 2 30	16 40 0	31 77 30	46 115 0
2 5 0	17 42 30	32 80 0	47 117 30
3 7 30	18 45 0	33 82 30	48 120 0
4 10 0	19 47 30	34 85 0	49 122 30
5 12 30	20 50 0	35 87 30	50 125 0
6 15 0	21 52 30	36 90 0	51 127 30
7 17 30	22 55 0	37 92 30	52 130 0
8 20 0	23 57 30	38 95 0	53 132 30
9 22 30	24 60 0	39 97 30	54 135 0
10 25 0	25 62 30	40 100 0	55 137 30
11 27 30	26 65 0	41 102 30	56 140 0
12 30 0	27 67 30	42 105 0	57 142 30
13 32 30	28 70 0	43 107 30	58 145 0
14 35 0	29 72 30	44 110 0	59 147 30
15 37 30	30 75 0	45 112 30	60 150 0

Quod præcedens docuit, aliter inuestigare.

Canon VII.

RXcipe motum diurnum planetæ, cuius horarium quæris, per præcedentes, & eum dupla, deinde adde huic duplato semidiurnum motum illius eiusdem planetæ, & proueniens uerum motum horarium eiusdem planetæ insinuat, mutando tamen denominationem fractionis per unam differentiam denominationum, isto ordine: Si motus diurnus extractus habet gradus, fiet primus numerus fractionis huius motus horarij minuta, secunda secunda. Si autem primus numerus motus diurni minuta tenuerit, erit primus numerus fractionis huius motus horarij sic collectus, secunda; secundus tertia, & sic consequenter.

Argumentum latitudinis Lunæ uerum ac æquatum reperire. Canon VIII.

ARgumentum latitudinis Lunæ, est distantia corporis lunaris à capite draconis sui. Ad habendum autem argumentum latitudinis Lunæ, accipe ex ephemeride ueros motus Lunæ, & capitis draconis eiusdem pro certo tempore designato, & characteres eorundem motuum per tabellam characterum duodecim Signorum Zodiaci in numeros resolue, ueroq; motu capitis Draconis Lunaris à uero motu Lunæ surrepto, coassumptis duodecim Signis, si aliàs subtractio perfici nequeat, uerum & æquatum argumentum latitudinis Lunæ emergit.

Tabul